

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus imper fuisse volucem nobilitati tue, quemadmodum dilectus filius Petrus de Tebaldefibus eques romanus apud nos uerba faciens de Monasterio de Lucetia obtulit nobis in reuera tuo nomine duo milia ducatorum ratione pensionis. De quo sane plurimum admiramur: cum neque ipse talia nobis obtulerit, neque nos tali oblationi unquam assentiremur. Nam nedum duorum millium ducatorum sed ne cuiusquam quidem summe pensionem acceptare pateremur pro honore huius sancte sedis: hec uolumus ad te scribere, ut animu tuum intelligas, et scias Petrum ipsum nullam talem oblationem fecisse: cum in uanum omnino laborasset apud nos. Nam quantum attinet ad Petrum ipsum, uidemus et quotidie experimur magnam ostendisse erga te et res tuas fidem et diligentiam, talemque se exhibuisse, ut illius opera, studium et promptissima uoluntas quam tibi esse debeat: seruauit et suat idem Petrus perpetuum timore prudentie et bonitatis in rebus agendis et fidei sinceram animi erga te et statum nobilitatis tue, quam hortamur, ut ueritati potius quam delatoribus an-  
res adhibeat, eundemque Petrum, ut illius fides exposcit, gratia et benignitate prosequatur. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die. xxx. Augusti. M. ccccl. xxxv. Pontificatus. Anno Primo.

I. Grifus.



Dilecto filio nobili viro Bonifacio Marbomii  
Monsiferrati:

Morbio 23 (80)



1485. 30. August.

